Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de s. Eucharistae sacramento - Cod. Ettenheim-Münster 234

[S.l.], 1721

L. 2

urn:nbn:de:bsz:31-127314

Visual Library

corpus Christi non absens, sed sub ipsis invisibiliter latens.

Q. 2.

Utrum in Eucharistia fiat transsubstantiatio?

Nomine transsubstantiationis intelligitur generatim conversio substantiae unius in aliam, quae conversio in praesenti materia dicitur: transmutatio substantiae panis et vini in corpus et sanguinem Christi. Quaeritur, quod utrumque conversione fiat talis transmutatio, ita ut omnino non amplius remaneat substantia panis et vini?

Assertio: in Eucharistia non manet substantia vini et panis, sed tantum species et accidentia eorum: adeoque conversione fit vera transsubstantiatio: communis catholicorum.

Probatur ex concil. Lateran. sub Innocent. 3. cap. firmiter de summa Trinit. ubi dicitur: corpus et sanguinem Christi sub speciebus contineri transsubstantiatis pane et vino. item ex concil. Rom. sub Nicolao 2. ubi Berengarius iterum haeresim suam abiurans, profitensque

fidei cath. hi ait corde credo & ore confiteor panem & vinum &c. substantialiter converti &c. ut habetur cap. 42. de consecrat. dist. 2. Item ex Constant. sess. 8. florent. & Trident. 13. cap. 4. ubi S. Synodus declarat, per consecrationem panis & vini conversionem fieri totius substantiae panis in substantiam corporis Christi & totius substantiae vini in substantiam sanguinis ejus, quae conversio convenienter & proprie a S. catholica Ecclesia transsubstantiatio appellata est. item ibi idem iisdem fere verbis definit can. 2.

Probatur 2. ex SS. PP. tam Graecis tum Latinis, iisque antiquissimis Justino, Irenaeo, Tertull. Chrys. Cyrillo &c apud Bellarm. ubique utentibus nomine mutationis, transmutationis & conversionis panis in corpus Christi, sed etiam expresse negantibus remanere post consecrationem panem &c. Sicuti etiam videre est in cap. 34. 35. 36. 40. & aliis de consecrat. dist. 2.

Probatur 3. Ipsa verba institutionis mutationem substantiae ita designant, ac exigunt, ut sine hac trans-

mutaõe verba Xpi nõ verficarent. Probatur ant. quapropter emissa à Xpo, vel sacerdote eius noie hoc verba, Hoc est corpus meum prolata sunt, vel tum propositio illa est de pane converso in corpus Xpi, vel de pane adhuc remanente cum Xpi corpore. Si primum, ergo fit transsubstantiaõ. Si 2dum: ergo falsa erit Xpi propositio; quia in propositiõe affirmativa vera debet subjectum & praedicatum identificari; substantia panis & corpus Xpi nõ identificantur, ergo.

Praeterea hoc propositio facerent hunc sensum falsum, quem Lutheri haeretici quidam sed inepte adstruunt, hic panis verè & proprie est corpus Xpi. qui ulterius sic impugnatur, vel volunt dicere dari identitatem inter panem & corpus Xpi: & est manifeste falsum. vel volunt dari unionem quandam hypostaticam & hoc nec ex scriptura nec ex SS. PP. nec aliunde potest probari: deinde Verbum nõ minus posset dici impanatum, quam incarnatum. vel volunt tantum dari conjunctionem localem & hoc nõ sufficit ad illam praedicaõem; aliàs

 hō obsess a dæmone poset dici dæmon, & qolibet creatura a Deo penetrata poset dici Deus, qd est absurdissimum qo.

Solvuntur objta.

Ob. 1. Perinde est dici de pane, qd sit corpus Xpi, ac de lagena, vitro v dolio, hoc e vinum, & de crumena hoc e argentum. qo. Rx neg. ant. & parit. quia qmis id verè dicatur de rebus ex nāo institutis v usu ordinatis ad aliud qtinendum, qles sunt lagena ad vinum, crumena ad argentum; tn hoc verè dici n potest de rebus ex nāo v usu ad aliud qtinendum n ordinatis. at vō panis & vinum minimè ordinata st ad qtinendum st ad Xpum.

Ob. 2. Euchar vocatur in scrpt. 1. Corint. 11. & a S.S. panis & vinum etm post qsecraoe qo n fit transubstiaò, si em fieret falso panis diceret. Rx vocari panem v quia exteriorem figuram & alia accidentia panis retinet, sicut Genes. 18. Angeli vocatur viri, quia exterius tles eē videbantur, licet reter tles n erant: v quia ante qsecraoe

vere panis fuit, videtur panis dr, quamvis amplius panis non sit, sicuti quod q. virga Moysis in serpentem substanter mutata adhuc dr appellatur virga.

Obj. 3. Verbum transubstantiationis non invenitur in script. ergo novum inventum ab Innocentio 3. et a S. Thoma, sicut et doctrina, quam significat. Resp. 1. etiam verbum Trinitatis non reperitur in scriptura, nec tamen proterea aliquem negant Haeretici. R. 2. dist. ant. est novum inventum quoad nomen trans. quoad rem neg. ant.

Q. quomodo Xpus contineatur in hoc sacramento? R. Xpum ibi contineri et existere modo spirituali et indivisibili; ita, ut totus et integer existat sub utraque specie sub sumpta et totus sub qualibet seorsim. totus item sub tota specie et totus sub singulis eius partibus, non solum post consecrationem dictis ab separatis, sed etiam adhuc quomodo. ita communis et constat sententia omnes partes ex Trident. nam quod totus existat sub utraque specie sub sumpta, et totus sub qualibet seorsim, clare colligitur ex sess. 13. cap. 3. ubi dr: Quapropter verissimum est, tantundem sub alterutra specie, atque sub utraque contineri.

164. Quod etiam totus existat sub singulis partibus divisis & separatis, definitur can. 3. Si quis negaverit, in venerabili Sacramento Eucharistiae sub unaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus separatione facta totum Christum contineri: anathema sit. Quod etiam totus existat sub singulis partibus quinetiam colligitur ex cap. 3. ubi dicitur totus & integer Christus sub panis specie, & sub partis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie, & sub eius partibus existit.

Sect. 5ta
De Necessitate & effectibus
Q. 1
An & quomodo sumptio Eucharistiae sit fidelibus necessaria?

Assert. 1o Eucharistia nec in re nec in voto est fidelibus necessaria necessitate medii ad salutem ita communis cath.

Constat ex Trident. sess. 5. c. 5. ubi generaliter definit, in baptizatis nihil esse, quod eos ab ingressu coeli remoretur; at hoc verum non esset, si sumptio